

eius postremaque^a concludens ait: *Inter capras agnus laniandus, non absorbendus ab eis.* Licet enim post te regnum eius dilacerent^b et quasi vespertiliones^c totam undique terram concutiant et confundant, personam tamen regiam non offendent. Set cavendum in posterum, ne velut agnus ducatur^d ad victimam¹ et resumpta leonis audacia edos^e devoret cervicosos. In articulo siquidem illius^f angustie regnum lacerari videbitur, set exigente alio mediante^g misterio, quod completum iri^h per omnia oportebit, etsi alumpnorum viscera contra seⁱ viderit^{k. 2} vel bellum doluerit intestinum³, ad faciendam vindictam in populis⁴ tam regnicolarum quam Ligurum et etiam Romanorum, mitigatis utcumque^l regni scismatibus^m et sibi obloquentiumⁿ proscriptis forsitan et frustratis, ad imperii negotia redeat et quasi ursa raptis catulis predantibus trux^o occurrat⁵. Verum quia^p nidus eius fumo^q denigratus⁶ erroris — qui^r sicut ipsum letus^s excipiet, sic et^t mestus ignem fovisse in gremio penitebit — loqui scribitur^u sicut draco, prioris exercens bestie potestatem⁷: videtur^v, quod Sicilie^w barbari cum Patarenis^x Ligurum in conspectu principis unientur, et eo cum^y utraque bestia draco ipse crudelius^z [et seivius^a] seviet, quo potentius quasi de capite^b imperialis apicis mortificato⁸ resurget.

a) 'eius innuens et extrema' R. b) 'dilacerent' R. c) 'uspertiliones' V; 'uispilones' B. d) 'ducantur' R. e) 'eos' R. f) 'ill.' fehlt R. g) 'meditante' B; 'mdiante' R. h) 'ui' B; 'conpleri' R. i) 'contra se visc.' R. k) 'uideret' V. l) 'utrumque' B; 'utriusque' R. m) 'cismat.' R. n) 'obloquentibus' R. o) 'crux' R. p) 'quia' fehlt R. q) 'mdus fumo eius' R. r) 'q2 (quia)' V; fehlt R. s) 'letus ipsum' R. t) 'et' fehlt R. u) 'loquebatur' R. v) 'qui vid.' B. w) 'cilicie' R. x) 'paterenis' R. y) 'tc (tunc)' V. z) 'crudel'(is)' R. a) 'et seivius' fehlt BR. b) 'capie' V.

1) Jerem. 11, 19: 'quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam'; Jerem. 51, 40: 'Deducam eos quasi agnos ad victimam et quasi arietes cum hoedis'. 2) Verba Merlini, N. A. XV, 177, (und Salimbene p. 360): 'Viscera sua contra se videbit'. 3) Das sind schon oben S. 164 zitierte Worte der kürzeren Sib. Erithea. 4) Ps. 149, 7: 'ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis'. 5) Osea 13, 8: 'Occurram eis quasi ursa raptis catulis'. 6) Das ist Cremona. Vgl. die längere Sib. Erithea, N. A. XV, 168: 'pars nidi manu proxima nigrescet'; und die kürzere, N. A. XXX, 333: 'nidus nigrescet'. 7) Apoc. 13, 11. 12: 'Et vidi aliam bestiam . . . et loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestiae omnem faciebat in conspectu eius'. 8) Apoc. 13, 3: 'Et vidi unum de capitibus suis quasi occisum in mortem, et plaga mortis eius curata est'.